

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM
Prot. 822/93/L POLONIAE

Hodiernis temporibus, apud clerum et christifideles nationis poloniae, multum accrevit sensus et inde pietas erga 'Dei Misericordiam' seu 'Iesum Misericordem', cuius argumenta inveniuntur in magno progressu, qui factus est in vita sacramentali instaurata et in operibus caritatis largitus ac undique diffusis.

Pietas vero huiusmodi quasi connaturaliter pergit ad Deum ac Dominum, qui 'dives est in misericordia', exaltandum praesertim in celebratione Mysterii Paschalis, in quo Dei Misericordia erga omnes homines maxime relucet.

Hisce prorsus attentis atque de re instantibus Eminentissimis Dominis Cardinalibus necnon Excellentissimis Archiepiscopis et Episcopis Poloniae, per litteras die 23 martii 1993 datas, Summus Pontifex Ioannis Paulus II benigne indulget ut in dioecesibus Poloniae posthac titulo 'Dominicae II Paschae' addatur haec denominatio 'seu Misericordiae Dei', praescribens etiam ut ad celebrationem liturgicam eiusdem Dominicae, quod attinet, adhibendi semper sint textus qui in Missali Romano et in Liturgia Horarum pro illa die inveniuntur.

Haec statuta Summi Pontificis cum iis, quorum interest, communicamus, ita ut ad effectum adducantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 23 ianuarii 1995.

Dekret Kongregacji ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów został opublikowany w czasopiśmie 'Notitiae' (Nr 1-2, 1995, s.17-18), organie tejże Kongregacji. Dekret ten stwierdza, iż Ojciec Święty Jan Paweł II nie zezwala na wprowadzenie w Polsce nowego święta Miłosierdzia Bożego, a jedynie na dodanie do nazwy 'Druga Niedziela Wielkanocy' określenia 'czyli Miłosierdzia Bożego'. Teksty liturgiczne, jak zaznacza dekret, mogą być brane jedynie z II Niedzieli Wielkanocy, czyli te same co w Kościele powszechnym.

Zastrzeżenia związane z kultem Miłosierdzia Bożego od strony liturgicznej wyjaśniał między innymi ks. dr Jan Miazek na łamach 'Przeglądu Katolickiego' (Nr 17/23 IV 1995). Ks. bp Wacław Świerzawski, przewodniczący Komisji Episkopatu Polski ds. Liturgii i Duszpasterstwa Liturgicznego, w Biuletynie KAI z dnia 27 maja 1995 roku opublikował dodatkowe wyjaśnienie na temat charakteru Drugiej Niedzieli Wielkanocy.